



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 4. A mundo excæcatos secundùm faciem judicare, non secundùm
veritatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

quia ipse bonus: si quid malum esse incipit, à nobis incipit bonis malè vtentibus. Paupertatem, inopiam matrimonium rixosum, morbos, mortem, mala vocas? Iniuriam facis: non enim sunt mala, quæ faciunt bonos, aut malis nos eripiunt. Repete veteres memorias, & inuenies plures, quos egestas ad moderationem, conuicia ad patientiam, inualetudo ad frugem reduxit. In tuummet sinum inspice, & cogita, quoties te angustia, curæ, dolores refrænârint in præcipitia iuentem? quoties ad DEVM adegerint trepidantem? An illa mala esse arbitraris, à quibus, à vitæ licentia, fuisti retractus, & ductus ad salutis fontem? Noli ergo, malorum nomine, res tibi tam bonas deuenustare. Quis agricola, sarculum, aratrum, stiuam, mala vocat? Sunt tamen illa laboris instrumentum, & fatigant illum. At sine illis, vt non ferit, ita nec metit.

§. IV.

A mundo excecatos secundùm faciem iudicare, non secundùm veritatem.

Fortunæ mancipia nominum ludibrijs pascuntur, &, inter summa bona, nominant res nocituras. Qui mente carent, apud
eos

eos fulgor extern⁹ primas partes agit. Chari⁹ illis est plumbū inauratū, quàm plumbo inclusum aurum. Mū⁹sus suspicit captos cupiditatibus Reges, qui, catenatæ instar firmiæ, in purpura circumducuntur. Cōmū⁹nis hic est error: perfunctoriè pretia æstimantur. & pluris fit, quod apparet, quàm quod est in recessu. Ideò & gemmæ negliguntur, quādo nō sunt ita politæ, vt splēdeant. Longè alia essent iudicia, si, detractis laruis, quæ latent, inspicerentur; nemo adoraret Charitatis pollicitationes; nemo crucis thesauros contemneret (qui profanis oculis nō ostenduntur) si lynx esset; immò nisi talpa esset. Nam multi *oculos habent, & non vident*, quid Pl. 113. 13. vel Mundus, vel DEVS condat.

§. V.

Socratis exterior vultus, & interior virtus, cum Silenis comparantur.

Alcibiades, apud Platonē, Socratis encomium dicturus, eū Silenis similē facit, quod is multò alius esset propiùs intuenti, quàm summo habitu specièq; videretur. Quem, si de summa, quod dici solet, cute quis æstimmasset, nō emisset asse. Facies erat rusticana; taurinus aspectus; nares simæ, mucosq; plene. Sannionem quempiam, bardum, ac stupidū

Plato in
Cōuiuio.
Erasm.
Chil. 3.
Cent. 3.

B dixit